



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

23 Ex communicatione nulla poena major est in Ecclesia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

laicum cognoscit, cujus cognitio ad eum pertineat; post decretas canonicas censuras, ipsisque minimè sufficientibus, tunc auxilium à sæculari iudice sit implorandum, quasi non alia sit adversus laicos iudici ecclesiastico permessa coercendi potestas, ut per Covar. qui alios citat in *lib. pract. quest. d. 6. 10. nu. 2. post princ.* Quoniam iudicibus ecclesiasticis est prohibita relaxatio censurarum, nisi, postquam sibi constiterit executionem realem, & personalem fieri non posse, ut inolevit stylus Romanæ Curie per totum orbem receptus, hodie servata ejusdem decreti Concilii forma allegata per Covar. *d. n. 2.* sunt per hoc jus novum reformata, & iudices ecclesiastici primò ad realem, vel personalem, & postremò ad censuras ecclesiasticas in juris subsidium procedere debent, & excommunicatio non, nisi in subsidium

23 profertur, quia, excommunicatione ¶ nulla major pœna in Ecclesia Dei reperitur, dum spiritualia tractat. *cap. corripitur. 24. q. 3.* & Abb. in *cap. cum dilectus. 24. nu. 6. de hñ. quæ vi. metusvo cau.* Ideo ea sobriè, & magna cum circumspectione est relaxanda, Conc. Trid. in *d. cap. 3. in princip.* Cùm enim ecclesiasticus iudex, dictâ formâ servatâ, possit in subsidium ad excommunicationem procedere, ergo primò ad executionem realem, & personalem; quia concessio uno, censentur concessa omnia ea, per quæ pervenitur ad illud, *l. ad rem mobilem, & l. ad legatum, ff. de procur. cum aliis supra allegatis.*

Secundò, quòd Episcopi possint habere 25 te familiam armatam, faciunt verba Concilii satis clara, ibi, contra quoscunque etiam laicos per multas pecuniarias &c. seu per captionem pignorum, personarumq;

distinctionem per suos proprios, aut alienos exequutores, *ut in eod. cap. 3. §. in causis verò.* Unde, si per suos exequutores ad captionem personarum procedere possunt, ideo, quòd familiam armatam habere possint, est faciendum, arguendo à concessione consequentis, *ut in c. cum infirmis, de pœnit. & remiss.* cum vulg. tum, & familia contra laicos, qui, verbis expressis ejusdem Concilii, ibi contra quoscunque etiam laicos, sunt comprehensi, uti possunt, *ut in eod. §. in causis, idq; tam in eriminalibus, quàm civilibus, ut in §. in causis quoque, eod. c. 3. & c. 2. de adult. cap. gaudemus, de convers. conjugat. cap. attendendum, 17. qu. 4.* & alia jura supra in ver. primò, quòd Episcopo, allegata procedunt, & habent locum non solum contra clericos, sed etiam contra laicos, quia loquuntur generaliter de servis, & liberis, ideo generaliter etiam de laicis intelligi debeat, *l. 1. §. quòd autem, ff. de ale. luf. & aleat.* Bart. in *l. si pluribus, ff. de leg. 1.* ubi quòd in dispositione legali ¶ indefinita æquipollet universali, & Alciat in *c. 1. n. 7. & seq. nu. 14 & seq. de offic. ord.* & post longas, & arduas disputationes coram Pio V. habitas, scribentibus hinc inde quamplurimis præstantissimis advocatis, quòd Episcopis liceat habere familiam armatam, fuit decisum, & postea præcipuè in Italia observatum, quia, cum verba sacri Concilii Trid. sint satis clara, per decretum ejusdem Concilii omnia in contrarium facientia fuerunt reformata; cùm fuerit non solum ¶ auctoritate Pontificis dictum Concilium celebratum, ad quem solum spectat illud indicere, & dirigere, *ut in Bull. resumpt. Concil. Trid. sess. 10.* si ad idem Concilium vocati fuerunt, & ei inter-